

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI
IOANNIS DUNS SCOTI
ORDINIS FRATRUM MINORUM
OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE
RMI P. IOANNIS VAUGHN
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE
AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE
P. LUCA MODRIĆ

SOCIIS

PP.: STANISLAO BUŠELIĆ, BARNABA HECHICH, IOANNE JURIC, IOSEPHO PERCAN, ROGERIO ROSINI,
SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA, CAESARE SACO ALARCÓN

XVIII



CIVITAS VATICANA

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMLXXXII

[DISTINCTIONES QUARTA ET QUINTA

QUAESTIO 1

UTRUM INTER CREATIONEM ANGELI ET EIUS BEATITUDINEM
FUERIT ALIQUA MORA]

5 Circa distinctionem quartam quaeritur utrum inter creationem 1
angeli et eius beatitudinem fuerit aliqua mora.

Quod non, videtur:

Inter eius creationem et beatitudinem naturalem non fuit aliqua
mora; igitur nec inter eius creationem et beatitudinem supernatura-
10 lem fuit aliqua mora.

Antecedens ostenditur: angelus habuit speciem qua cognovit es- 3
sentiam divinam, sicut dictum est supra ¹, – et non nisi a Deo creante,
quia non ab alio habuit speciem illam; ergo in primo instanti habuit
speciem cognoscendi Deum. Illa autem maxime fuit sibi proportio-
15 nata ad intelligendum, – et aliquam intellectionem habuit in primo
instanti; ergo in primo instanti cognovit Deum; et similiter, pari
ratione, habuit volitionem; igitur in primo instanti habuit beatitudi-
nem naturalem.

Consequentia ostenditur: causa prima, a qua accepit naturalem 4
20 beatitudinem, efficacior est quam aliqua causa secunda; igitur po-
tuit ² ita cito dare beatitudinem supernaturalem sicut habuit ³ beati-
tudinem naturalem; et si potuit dare in primo instanti et non dedit,
igitur invidus fuit, – sicut arguit Augustinus *Contra Maximinum*.

VF

8 aliqua rep. V 9 eius creationem] c. e. F 11 habet F 11-13 qua — speciem rep.
V*(¶ signando: [Va]cat) 11 qua] quam V* quam in textu rep. V 12 divinam om. in textu rep. V¹
13 habuit¹] in ras. in textu rep. V¹ habet F 14 speciem] om. V' modum naturaliter V² | Illa]
Illam V* 15-16 ¶ et — instanti¹ sign. Vacat V² 16 ergo — instanti² om. F 17 volitionem]
notionem V* 18 naturale (l) V 19-20 naturalem beatitudinem] b. n. F 20 aliqua] alia F
21-22 sicut — naturalem] om. V' sicut naturalem V² 22 si] sic V* | instanti in corr. F¹
23 sicut arguit] sed ait V* | sicut — Augustinus] secundum argumentum Augustini F

F 23 AUGUST., *Contra Maximinum* II c. 7 (PL 42, 762). Ibi tamen Augustinus arguit de
Patris potentia generandi Filium ei aequalem.

T ¹ Cf. supra d. 3 n. 291-297. ² supple: causa prima seu Deus. ³ supple: angelus.

5 Praeterea, Augustinus XII *De civitate Dei* cap. 9 dicit quod 'simul condidit naturam et largitus est gratiam' (et ultra¹); sed simul habuerunt gratiam et gloriam, – probatio: sicut gratia ad gloriam, ita culpa ad poenam; mali simul habuerunt culpam et poenam, aliter eorum culpa fuisset remediabilis, quia tunc possent poenitere si non simul culpa eorum et poena fuissent; igitur boni simul habuerunt gratiam et gloriam.

6 Contra:

Augustinus I *Super Genesim*, exponens illud *In principio creavit Deus caelum et terram*, exponit de luce spirituali, – et dicit quod primo fuit factum caelum quando informis natura angeli creata est, et secundo creata est lux quando² conversa est ad Creatorem; igitur mora fuit aliqua inter creationem et beatitudinem.

[QUAESTIO 2

UTRUM ANGELI PRIUS MERUERUNT BEATITUDINEM
QUAM EAM PERCEPERUNT]

7 Circa distinctionem quintam quaeritur utrum prius meruerunt eorum beatitudinem quam eam perceperunt.

8 Quod non, dicit Magister in fine istius distinctionis: « Fateor » etc.

9 Praeterea, angeli non merentur ex obsequiis impensis nobis,

VF

1 Dei om. V | 9] 19 F 1 q. V 2 et² — sed] igitur F 3 probatio] praeterea V² | sicut] add. se habet V² 4 mali] praem. sed V² 5 aliter] alias in corr. V¹ 6 simul om. V² (post poena) | culpa eorum] e. c. F | fuisset (!) F | boni om. V* 7 habuerunt] haberent V* 9 I] 2° V | illud] id V 10 Deus om. V | luce spirituali] lu^{oe} speciali V 11 fuit factum] fact. fuit F 12 quando] ante V 18 eam om. V 19-20 Fateor etc. om. F 21 impensis] in V | nobis om. F

F 1-2 AUGUST., *De civ. Dei* XII c. 9 n. 2 (PL 41, 357): « [Deus angelos] cum bona voluntate, id est cum amore casto, quo illi adhaerent, creavit, simul eis et condens naturam et largiens gratiam ». 9-12 AUGUST., *De Gen. ad litt.* I c. 3 n. 7 (PL 34, 248-249); c. 1 n. 2 (col. 247). 9-10 Gen. 1, 1. 19 LOMBARDUS, *Sent.* II d. 5 c. 6 n. 35 (I 329): « Aliis autem videtur quod beatitudinem quam receperunt [angeli] in confirmatione..., non meruerint... Et hoc magis mihi placere fateor ».

T ¹ scil. 'et bonam voluntatem seu amorem castum' (cf. textus Augustini ad lin. 1-2).

² supple: illa natura creata.

quia non est actus praemii, cum non sit circa ultimum finem; similiter, non merentur non-habitu (tunc esset in eis afflictio et anxietas); ergo merentur quod habent: igitur beatitudinem merentur simul et eam habent.

5 Praeterea, maius praemium requirit maius meritum, quia ista 10 proportionantur secundum iustitiam; sed angeli habent maiorem gloriam quam multi homines. Sed homo requirit multa merita ad hoc quod percipiat beatitudinem; sed tot merita non videntur in angelo praecessisse; ergo simul habuerunt beatitudinem et eam 10 merebantur.

Contra est Augustinus *De correptione et gratia*^a.

11

II. – AD SECUNDAM QUAESTIONEM

A. – OPINIO QUAM TENET PETRUS LOMBARDUS¹

Opinionis expositio – Ad hanc quaestionem¹ respondet Ma- 12 gister quod angeli simul duratione habuerunt gratiam et gloriam, et ideo non meruerunt gloriam ante. Et quia non sine merito habuerunt gloriam (quia tunc praemium hominis esset gloriosius

^a Loco *De correptione et gratia* a Duns Scoto ponitur: *De praedestinatione sanctorum*².

VF

1 actus resc. V¹ 1-2 similiter] sed (add. si V²) V 3 merentur¹] mererentur F | igitur rep. post beatitudinem F 3-4 merentur simul] s. m. et (et om. F¹) beatitudinem F 4 simul in corr. V¹ 5 praemium ... meritum] m. ... p. F | ista] igitur V¹ sibi V¹ 6 proportionatur V 8 percipiat] percipiet V recipiat F 9 habuerunt in corr. V¹ 10 merentur F 11 et 18-19 De praedestinatione sanctorum = codd. 15 gratiam in corr. V¹ 16 gloriam] gratiam V¹

F 11 AUGUST., *De correptione et gratia* c. 11 n. 32 (PL 44, 935): « Angeli sancti... per idem liberum arbitrium steterunt ipsi, et huius permansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, qua eis certissimum sit semper se in illa esse mansuros ». 14-p. 360, 3 LOMBARDUS, *Sent.* II d. 5 c. 6 n. 34-35 (I 329): « Quod in ipsa confirmatione beati fuerint [angeli], plures contestantur auctoritates, et ideo pro constanti habendum est. Utrum vero per gratiam tunc sibi datam ipsam beatitudinem meruerint, ambiguum est. Quibusdam enim placet... Aliis autem videtur quod beatitudinem quam receperunt in confirmatione, per gratiam tunc appositam non meruerint, dicentes tunc non fuisse eis gratiam collatam ad merendum, sed ad beate vivendum, – nec tunc eis datum esse bonum quo mererentur, sed quo feliciter fruerentur. Quod autem tunc in praemium acceperunt, per obsequia nobis exhibita (ex Dei obedientia et reverentia) mereri dicunt, – et ita praemium praecessit merita. Et hoc magis mihi placere fateor ».

T ¹ Cf. supra n. 7. ² Error ortus est ex hoc quod duo Augustini opuscula fortasse sibi invicem in codice immediate succedebant.

quam praemium angeli, cum praemium quod est ex meritis, gloriosius est), ideo ponit quod 'merebantur per obsequia impensa nobis ex obedientia Dei' et dilectione quam habuerunt ad nos (sicut equus datur militi antequam pugnet in bello, quem postea meretur¹).

5

13 «Opinionis improbatio» — Contra: ista opinio Magistri communiter non tenetur. Si enim aliquis per bona opera praevisa potest mereri, igitur quilibet potest mereri gratiam et iustitiae praemium, quia Deus praevidet ipsum bene usurum gratia, in praescientia sua, — et si hoc, ergo non est gratia; igitur nihil datur in praemium propter aliqua merita praevisa.

14 Praeterea, si angeli tantum merentur beatitudinem propter obsequia nobis impensa, tunc si nullus fuisset proximus et nullus extrinsecus, non haberent unde beatitudinem possent mereri.

15 Praeterea, sequeretur quod non esset aliquis certus gradus beatitudinis angeli, quia aut totam beatitudinem recepit in principio, aut non totam sed continue intenditur. Si secundum, igitur non est beatus, quia non est in termino (quia est in proficiendo, quod competit viatori). Si detur primum, quod in principio habuit totam beatitudinem pro omnibus meritis quae faciet, — igitur angelus esset beatus, et non beatitudine alicuius gradus, quia mundus potest in infinitum durare, et tunc in infinitum² impenderent nobis obsequia; si igitur propter obsequia circa nos mereantur beatitudinem, nullum gradum certum beatitudinis habent.

VF

1-2 quam — gloriosius om. V 2 est om. V¹ | impensa] impendenda F 4 quem] quam (!) codd. 6 istam opinionem V | Magistri] add. quae V² 7 tenentur (!) V | praevisa] sequentia F 8 gratiam] gloriam V 9 in] add. vita V² 10 est] erit F | nihil datur in] simul creatur ut V 13 et om. V 16 recepit ante totam F 17 aut] et V* vel F 18 quia² ... proficiendo] quod ... perficiendo F | quod] quia V 19 viatori] creati V* 20 faciet] -ent V² 21-22 in ... in om. V 22 impenderet F 24 gradum in corr. V¹ | certum beatitudinis habent] b. c. habent F

T ¹ Cf. BONAV., Sent. II d. 5 a. 3 q. 2 in corp. (II 157b): «Modum autem huius meriti satis advertere possumus in militibus, qui bene pugnando merentur equum ante merita datum»; THOMAS, Sent. II d. 5 q. 2 a. 2 in corp. (ed. Parmen. VI 436b): «... sicut miles meretur munus sibi a rege collatum, posterius militando». ² subintellige: angeli.

«B. — Opinio propria»

Respondeo quod angeli meruerunt prius naturaliter quam beatitudinem perceperunt; et secundo dico quod prius duratione beatitudinem meruerunt quam beatitudinem habuerunt.

5 Primum ostendo, quia in creaturis perfectis rationabile est quod consequantur finem suum per operationem suam; et si finis ille subest potestati eorum, per operationem propriam consequuntur, sicut est de beatitudine naturali angeli; si autem finis ille non subest facultati eorum, tunc — sicut possunt — per operationem consequuntur. Sed beatitudo supernaturalis non est in potestate angeli; igitur illam attingit per operationem meritoriam, quae acceptatur a Deo; oportet igitur ut actum habeat acceptatum a Deo, qui est meritorius, ut propter illum det quod est maius, — nam acceptatio actus a Deo, qui dat factum, est mereri; igitur angeli merentur beatitudinem.

15 Praeterea, aliqua beatitudo hominis, quae est ex meritis, maior esset si angelus non mereretur suam beatitudinem: non enim esset beator homine, qui meretur beatitudinem.

Secundo dico quod prius duratione — secundum legem divinam datam et institutam — merentur quam praemiantur, licet Deus de facto posset eos beatificare simul.

Ratio ad hoc est, quia pro illo instanti pro quo viator meretur, qui indifferenter se habet ad actum et ad oppositum actus, in illo priore comparatur ad actum¹, aliter non esset actus meritorius, — sed qui est comprehensor, habens actum beatificum, se habet determinate ad illum actum, ita quod in priore (naturā) non potest in

VF

2-3 meruerunt — perceperunt] prius m. beatitudinem quam perciperent F 3-4 beatitudinem om. F 5 creaturis in corr. V² | rationabile ... quod] rationale ... cum V 6 consequantur] -quenter V' -quuntur V² -quuntur F | per] et V | si om. V | illi F 7 eorum rep. post operationem V | consequuntur] consequerentur V² 11 attingunt V 12 ut actum habeat] quod h. a. F 13 illum] illud quod (q. om. F¹) F | det] daret V | est maius] m. e. F | acceptatio actus] acceptare actum in corr. V¹ 15 aliqua] autem V' om. V¹ 16 meretur V 16-17 non² — beatitudinem om. F 18 Secundo] Respondeo V | duratione] operatione V 19 institutam] iustitiam (!) V 20 eos beatificare] b. e. F 21 quia ... illo] quod ... isto V | viator meretur] m. v. F 22 qui ... oppositum ... in illo] quia ... obiectum ... nullo V 23 priore] add. in quo F 24 comprehensor (!) V | habet] habens V

T ¹ ut scil. illum eligat vel respuat.

oppositum; sed isti sunt oppositi modi agendi; igitur non insunt eidem potentiae insimul: ergo non simul angelus meretur et beatificatur. Ideo prius meruerunt quam beatitudinem perceperunt.

[C. — AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

- 21 Ad illud Magistri¹ dicendum est ipsum hic non tenendum. 5
 22 Ad aliud² dicendum quod omnes boni actus angeli, sive sint circa proximum sive circa Deum, licet non sint praemium, non tamen sunt meritum nec per illos³ merentur, sed veniunt⁴ ex plenitudine beatitudinis et non sunt praevii ad beatitudinem, — sicut in nobis aliqui actus praecedunt habitum, ex quibus habitus generatur, et quando habitus habetur in supremo, actus nihil eliciunt vel faciunt, sed ex plenitudine potentiae perfectae eliciuntur⁵. Sic etiam angeli et anima beata plus incomparabiliter diligunt Deum et proximum quam nos modo; et illi actus sunt ex plenitudine perfectionis gloriae. Placet tamen Deo ut sancti angeli praemientur praemio accidentali et illud mereantur dum mundus durat; et istud praemium accidentale est gaudium de aliquo creato, ut de aliqua anima quam ducunt in caelum: de hoc enim gaudium habent speciale⁶; sed non propter hoc habent praemium essenziale, quia angelus nescit si salvabitur anima cui impendit obsequia. 15
 23 Et ad probationem⁷ dicendum quod carentia praemii essentialis affligit angelum, sed non carentia praemii accidentalis, quia (sicut dictum est) angelus nescit si anima quam custodit salvabitur⁸, — sicut anima modo beata non affligitur propter carentiam corporis, quod tamen plus appetitur ab anima quam praemium accidentale ab angelo. 20 25

VF

1 insunt] sunt V 2-3 ergo — perceperunt om. F 5 illud Magistri] illud V' Magistrum V² | tenendo V 8 sint V | venit (!) V 9 praevii] praemium V* 11-13 habetur — plus om. F 11 actus nihil] alicuius cum V | eliciunt] illicite V* 13 incomparabiliter] comp. F | diligit V 14 nos om. F 15 praemiantur V 16 dum] cum V 18 ducunt] dicunt V* F | in caelum] intellectum (!) F | enim] etiam F | habent] ante gaudium F habet V 19 habent — essentielle] praemium e. V' praemiantur praemio essentiali V² 20 impendat V 21-22 carentia — accidentalis] c. praemii acc. (add. non affligit angelum V²) V 22 angelum] animam (add. non accidentalis F) F 23 sicut dictum est] s. est V' sic V² 25 quod tamen] et V

T ¹ Cf. supra n. 8. ² Cf. supra n. 9. ³ subintellige: angeli. ⁴ subintellige: illi actus. ⁵ Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 7 n. 91. ⁶ Cf. Luc. 15, 7. 10. ⁷ Cf. supra n. 9: «tunc esset eis afflictio et anxietas». ⁸ Cf. supra n. 22.

Ad aliud¹ dicendum quod illa dilectio summi boni qua adhae- 24
 rebant Deo et qua detestabantur superbiam aliorum (quod dicitur 'pugna Michaelis'), quod fuit magna tentatio, — erat valde intensa, quam dilectionem intensam non potest homo habere; 5
 unde plura merita extensive fuerunt hominis, et sunt, quam angeli, — sed angeli habuerunt meritum valde intensum, proportionatum praemio quod dabatur eis.

[II. — AD PRIMAM QUAESTIONEM]

A. — QUOT MORAS OPORTEAT PONERE¹

- 10 Ad primam quaestionem² primo videndum est quot sunt morae 25
 et quot oportet ponere ante beatitudinem angelorum³.

[1. — OPINIO PRIMA]

- [Opinionis expositio] — Et dicit unus doctor quod oportet po- 26
 nere duas moras: unam in qua sunt similes, et aliam in qua distin-
 guuntur, quia non simul fuerunt similes et dissimiles. Ponunt ergo 15
 quod una mora est in instanti creationis, in quo fuerunt similes, quod instans est instans meriti et gratiae, — et aliam moram ponunt in secundo instanti, in quo fuerunt dissimiles, quia isti beatificantur et praemiantur et alii damnantur.
 20 Ratio eorum est, quia sicut beatitudinem naturalem habuerunt 27
 simul — sine discursu — per actum, ita ponunt et supernaturalem; et ita in primo instanti simul habuerunt gratiam et merebantur, et in secundo instanti mali posuerunt obicem et damnabantur; sed boni tunc non, et ideo beatificabantur.

VF

1-2 qua — Deo] quae (in corr. V¹) D. adhaerebat V 2 detestabantur] testabantur V* 3 erit V 5 extensa V | quam] quasi F 6 habuerunt meritum] habent motum V 10 quot] quae in corr. V¹ 11 quot] quod codd. 15 non om. F | simul] similes V' om. V¹ 16 instanti] statu F | in² — similes om. V 17 meriti] virtualiter (!) F | gratiae] gloriae V* | ponit V 18 isti] illi V 19 damnantur] damnabantur V² 21 simul om. F | discursu ... et] distinctu (!) ... in V 22 et¹ in corr. F¹ | primo] uno V | simul om. V 23 et¹ sed V | secundo resc. V¹ | posuerunt in corr. V² | damnantur V* 24 beatificantur V

F 2-3 Apoc. 12, 7. 13-24 THOMAS, S. theol. I q. 63 a. 6 ad 4 (V 133b): «Prima operatio fuit omnibus [angelis] communis; sed in secunda sunt discreti. Et ideo in primo instanti omnes fuerunt boni; sed in secundo fuerunt boni a malis distincti»; in corp. (p. 132b-133a):

T ¹ Cf. supra n. 10. ² Cf. supra n. 1. ³ Haec est prima quaestionis difficultas; secunda cf. infra n. 41.

- 28 «Opinionis improbatio» – Contra: quicumque meretur usque ad instans praemiationis, praemiabitur, quia tunc in illo instanti non est viator, et per consequens tunc non potest ponere obicem, – sicut homo, si ponitur mereri usque ad instans mortis, tunc praemiabitur (hoc enim requirit iustitia); et «quod hominibus est mors, 5 angelis est casus», secundum Damascenum; igitur si angeli merentur vel demerentur usque ad instans praemiationis vel damnationis, necessario praemiabuntur vel damnabuntur.

12. – OPINIO SECUNDA, QUAE EST PETRI LOMBARDI¹

- 29 Alia est opinio Magistri, qui ponit tres moras: unam in qua omnes fuerunt in puris naturalibus, et aliam in qua mali peccaverunt et boni non (sed remanserunt in puris naturalibus), et tertiam in qua boni simul perceperunt gratiam et gloriam.

VF

2 praeminationis, praeminabitur (!) V 2-3 non — viator] est maior (m.) non viator V²) V 5 hoc om. V* | iustitia in corr. V¹ | mors] mori V 6 angelis est casus] angelus (om. V¹) est (in corr. V¹) angelis (add. in instanti praemiationis V²) V | secundum Damascenum] s. Anselmum F om. V 10 qui] quae F 11 fuerunt] sunt V 12 puris] propriis V | tertia F

«[Opinio] probabilior et sanctorum dictis magis consona est quod statim post primum instans suae creationis, [sine aliqua mora inter creationem et lapsum], diabolus peccaverit. Et hoc necesse est dicere, si ponatur quod in primo instanti suae creationis in actum liberi arbitrii prorruperit et cum gratia fuerit creatus... Cum enim angeli per unum actum meritum ad beatitudinem perveniant..., si diabolus in primo instanti, in gratia creatus, meruit, statim post primum instans beatitudinem accepisset, nisi statim impedimentum praestitisset peccando. Si vero ponatur quod angelus in gratia creatus non fuerit, vel quod in primo instanti actum liberi arbitrii non potuerit habere, nihil prohibet aliquam moram fuisse inter creationem et lapsum»; a. 5 ad 4 (p. 131b): «... omnes, in gratia creati, in primo instanti meruerunt. Sed quidam eorum statim impedimentum praestiterunt suae beatitudinis, praecedens meritum mortificantes. Et ideo beatitudine, quam meruerunt, sunt privati»; q. 62 a. 5 in corp. (p. 115a): «Est autem hoc proprium naturae angelicae, quod naturalem perfectionem non per discursum acquirat, sed statim per naturam habeat... Sicut autem ex sua natura angelus habet ordinem ad perfectionem naturalem, ita ex merito habet ordinem ad gloriam».

F 5-6 DAMASC., *De fide orth.* c. 18 [II c. 4] (FIP t. s. VIII 77; PG 94, 878). 10-13 LOMBARDUS, *Sent.* II d. 3 c. 4 n. 21 (I 320): «Aliis autem videtur [et est 'opinio probabilis' iuxta Lombardum] omnes angelos... in ipso creationis primordio bonos exstitisse, id est sine vitio, – iustosque fuisse, id est innocentes; sed non 'iustos', id est virtutum exercitium habentes... Aliquam etiam fuisse morulam aiunt, inter creationem et lapsum, vel confirmationem; et in illa brevitate temporis omnes boni erant, non quidem per usum liberi arbitrii, sed per creationis beneficium... Poterant enim peccare et non peccare, sed non poterant proficere ad meritum vitae nisi gratia superadderetur, quae addita est quibusdam in confirmatione»; n. 23 (I 322): «... angelos, bonos fuisse creatos, et post creationem interposita aliqua morula cecidisse»; d. 5 c. 1 n. 29 (I 326-327): «Post creationem namque mox quidam conversi sunt ad Creatorem suum, quidam aversi... Et illi quidem conversi sunt et illuminati a Deo, gratia apposita, – isti vero sunt excaecati..., quia

Sed hoc ultimum est prius improbatum¹.

Praeterea, quod ipse ponit angelos malos non recepisse gratiam, 31 falsum videtur et contra Anselmum *De casu diaboli* cap. 12 et 18, ubi ait 'angelos malos recepisse gratiam', – et loquitur ibi de gratia infusa, quia ait 'illam gratiam corruptam fuisse per peccatum', 5 sed iustitia naturalis et acquisita non corrumpitur per peccatum; igitur si peccaverunt, aliquando habuerunt gratiam.

Praeterea, si in secunda mora angeli mali peccaverunt, et boni 32 steterunt in puris naturalibus, et in tertia perceperunt gratiam et gloriam, – igitur angeli mali non fuerunt in termino quando peccaverunt, quia non tunc boni² fuerunt in termino (quia in mora sequente³ fuerunt in termino).

VF

1 Sed] Secundum V | est prius] p. e. V 2 non om. V* 3 videtur rep. ante falsum F* | 18] 16 F 4 recepisse] percepisse F | gratiam om. V | ibi om. F 5 corruptam fuisse] f. c. F 6 sed — peccatum om. V 7 habuerunt] comp. V 10 gloriam] add. (= rep.) igitur aliquando (al. om. F¹) angeli aliquando habuerunt gratiam (cf. 7) F | termino] tertio V* 11 tunc] dum V 11-12 quia² — termino om. V 12 termino] mora F

numquam [gratia] est apposita ut converterentur. Haec est ergo conversio et aversio, qua divisi sunt qui natura boni erant, ut sint alii supra illud bonum per iustitiam boni, alii illo corrupto per culpam mali: conversio iustos fecit et aversio iniustos; utraque fuit voluntatis, et voluntas utrimque libertatis»; c. 5 n. 33 (I 328): «... quibus apposita est ipsa gratia, non fuit ex meritis eorum... Quod vero aliis non est data, culpa eorum fuit, quia cum stare possent noluerunt, quousque gratia apponeretur, sicut alii perstiterunt donec, illis cadentibus per superbiam, eis gratia est apposita».

F 3-4 ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 14-16 (PL 158, 346-349); c. 18 (col. 350): «Hoc itaque modo potuit ipse sibi dare iustitiam, quia potuit sibi auferre eam et potuit non auferre, quomodo ille qui stetit in veritate in qua factus est, non fecit, cum potuit, ut eam non haberet, et ita eam ipse sibi dedit, et totum hoc a Deo accepit. Ab eo enim acceperunt ambo habere et posse tenere et posse deserere. Hoc ultimum ideo Deus dedit ut possent sibi dare aliquo modo iustitiam... Qui ergo hoc modo sibi dedit eam, hoc ipsum a Deo accepit [in editione: accipit] ut sibi eam daret» etc. 5 Ib. c. 15 (col. 347-348): «Mag. Postquam autem accepit [iustitiam], non dubitas debere [voluntatem velle et non velle secundum iustitiam], nisi aliqua violentia amittat? – Disc. Semper eam huic debito alligatam puto, sive teneat quod accepit sive sponte deserat. – Mag.... Sed quid, si voluntas eadem iustitiam tam utiliter et tam sapienter additam sibi, nulla indigentia et nulla violentia cogente, deserat, utendo sponte sua potestate, id est plus volendo quam debeat?... – Disc.... Sed et hoc satis iustum est, ut quod semel accepit iustitiam, eam semper debeat, nisi violenter amiserit... Nam, sicut iam dixi, 'debere' decorat, 'non-habere' vero deturpat...; immo non ob aliud voluntatem illam deturpat ex propria culpa 'non-habere', quam quia illam decorat ex bonitate dantis 'debere habere'; c. 17 (col. 349): «Tunc enim conditione naturae non poterat [iustitiam] habere, nunc vero merito quoque culpae non debet habere».

T ¹ Cf. supra n. 19-20. ² scil. angeli. ³ scil. tertia.

13. — OPINIO PROPRIA¹

- 33 Respondeo quod oportet ponere tres moras ad minus: unam creationis et aliam difformitatis et tertiam termini. Nam oportet ponere unam moram¹, in qua angeli boni sunt confirmati in beatitudine et mali damnati; et aliam² oportet ponere, in qua boni meruerunt et mali demeruerunt (quia 'qui meretur usque ad instans praemiationis, praemiabitur'³); sed in alia mora — priore⁴ — fuerunt uniformes, quia Deus non discernit in instanti creationis, sed quia per actus eorum facti sunt distincti, per actus eorum eos discernit. Igitur ad minus sunt tres morae.
- 34 Sed utrum sint duae morae correspondentes uniformitati eorum vel non⁵, non video nec habeo argumentum 'pro' nec 'contra'. Si enim simul fuerunt creati et gratiam habuerunt, tunc eadem fuit mora creationis eorum quando habuerunt naturalia et quando fuerunt uniformes in gratia; et tunc fuerunt tres morae. Si autem instans fuerit unum creationis, et aliud in quo habuerunt gratiam, et tertia mora in qua hi meruerunt et illi demeruerunt, et quarta in qua hi confirmati in bono et illi in malo, — tunc quattuor morae.
- 35 Sed contra: si mali cum bonis habuerunt actum uniformem, igitur cum per unum actum possint consequi beatitudinem (sicut arguit prior opinio⁶), tunc in instanti sequente omnes essent beati. Hoc etiam est quod alii dicunt, quod si convertebantur ad Deum et ad summum bonum, numquam fuissent aversi.

VF

2 tres] duas V 3 deformitatis (!) F | termini] [...] V 5 et² om. F 6 quia qui] quod quia F 7 morae F 8 instanti in corr. V¹ | quia² om. codd. 9 eos om. V 11 sint duae] sunt tres de (!) V | eorum om. V 12 non² — habeo] h. nec video V | nec contra in corr. V¹ 13 simul fuerunt] f. s. F 15 in gratia] magis (?) V¹ | et om. F 17 hi om. F | et² — demeruerunt om. V | demeruerunt in corr. F¹ 18 hi confirmati] meruerunt confirmari V 19-20 uniformem — actum om. V 20 possunt V 21 instanti om. F 22 etiam post quod¹ F 23 aversi in corr. V¹

F 22-23 GUIL. DE LA MARE, *Correctorium fratris Thomae* in S. theol. I a. 25 (apud *Correctorium «Quare»*, ed. GLORIEUX 107-108): «Si enim voluntas et apprehensio angelorum immobilis fuerit cum rectitudine in qua conditi fuerunt, numquam secundum rationem vel voluntatem moti fuissent ab illa rectitudine quam habuerunt in primo instanti suae creationis; et si numquam moti fuissent, numquam peccassent, — quod constat esse falsum».

T ¹ scil. tertiam. ² scil. secundam. ³ Cf. supra n. 28. ⁴ scil. priore respectu secundae, ergo in prima. ⁵ Ponit dubium circa primam moram (scil. creationis seu difformitatis), utrum fuerit duplex an non. ⁶ Cf. supra n. 27.

Dico quod Deus non acceptat actum nisi continuatum per totum tempus viae, quia *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*; unde actus continuatus cum perseverantia, praemiabitur. Unde angelus non consequitur effective praemium, quia Deus non acceptat actum meritorium nisi continuatum.

Et quando dicitur quod 'si fuissent ad Deum conversi, numquam aversi'¹, — dicendum quod non sequitur, quia quamdiu sunt viatores, possunt converti et averti. Unde videmus quod aliquando aliqui qui magis convertuntur ad Deum, cadunt², — et ideo *qui stat, videat ne cadat*; quando sunt in termino, non, quia *ubi ceciderit lignum* etc.

14. — AD ARGUMENTA PRINCIPALIA¹

Ad primam rationem principalem³ dicendum quod consequentia non valet, quia fuit mora inter beatitudinem supernaturalem et creationem, ex lege divina statuta, — quia meritum debet praecedere praemium, licet de potentia sua potuit eos in primo instanti praemiassse. Et non discernit inter illos in instanti creationis, et ideo non fuit 'invidus'.

Ad aliud, quando arguitur quod 'simul habuerunt gratiam et gloriam'⁴, Deus novit si ita sit.

Et quando dicitur quod 'simul culpa fuit et poena, igitur simul gratia et gloria'⁵, dicunt aliqui quod non est simile, quia ipsa culpa est poena (quoniam carentia iustitiae, maxima poena est), et ideo simul culpa et poena; sed non sic — ex alia parte — simul gratia et gloria, quia ibi non idem praemium et meritum. —

VF

1 continuatum] sit continuatus F 2 viae om. F | qui ... usque in finem] si ... in fine F 4 consequitur] sequitur V¹ | quia] quod V¹ 4-5 non acceptat] n. actus V¹ 6 conversi] ante ad F quod V² | numquam] praem. totaliter fuissent conversi et F 9 qui] quae V | cadunt] praem. non V 10 non, quia] nisi V 10-11 lignum in corr. V¹ 14 supernaturalem om. V 15 debet in corr. V¹ 16 licet] hic F | eos] esse in corr. V¹ 16-17 praemiassse] obviasse V 17 in om. V¹ | instanti] insti^{ti} V 20 gloriam] in corr. V¹ naturam F 21 fuit] sit F¹ 22 est simile] esset V 23 ipsa] aliqua V | est] et V¹ | carentia rep. F 24 sic om. F 24-25 simul² — gloria om. V 25 ibi om. V | non] add. est V | praemium rep. post et² V¹

F 2-3 Matth. 24, 13. 9-10 I Cor. 10, 12: «Qui se existimat stare, videat ne cadat». 10-11 Eccl. 11, 3: «Si ceciderit lignum..., in quocumque loco ceciderit, ibi erit». 22-25 THOMAS, *Sent.* II d. 36 q. 1 a. 3 in corp. (ed. Parmen. VI 715a): «Dicendum quod contingit idem esse

T ¹ Cf. supra n. 35. ² Cf. Prov. 24, 16: «Septies enim cadet iustus, et resurget, — impii autem corrueunt in malum». ³ Cf. supra n. 2-4. ⁴ Cf. supra n. 5. ⁵ Cf. ibidem.

Dico tamen aliter quod sicut non sunt simul meritum et praemium, ita nec simul sunt culpa et poena correspondens, quia quando est culpa, tunc est viator, et tunc non habet poenam finalem¹; nec tamen sequitur quod potuit poenitere, quia sequitur alia mora illam culpam, et tunc erit in termino.

[B. – CUIUSMODI SINT ISTAE MORAE]

41 Sed de istis moris² cuiusmodi sunt, aut divisibiles aut indivisibiles, est dubium.

42 Sed de tertia mora – beatitudinis et damnationis – manifestum est quod est durabilis cum tota aeternitate.

43 Sed de secunda mora, in qua meruerunt vel demeruerunt, dicunt aliqui quod mensuratur indivisibili, ponentes tempus discretum.

VF

1 sunt] om. V' est post simul V² | meritum et praemium] p. et m. V 2 sunt om. V | correspondens om. F | quia] et V 3 poenam in corr. V¹ 4 poenitere ante sequitur¹ V' | alia] illa V 7 cuiusmodi — aut¹] an sunt F | divisibiles in corr. F¹ 10 est durabilis] durabit F 11 de] in V 12 quod] add. non V 12-13 discretum] distinctum F

culpam et poenam, non tamen secundum eandem rationem... Contingit autem quod illud quod est culpa dicatur 'poena'... ratione effectus, quia scilicet naturam corrumpit et gratiam subtrahit, quae poenae quaedam sunt»; S. theol. I q. 62 a. 4 in corp. (V 113b-114a): «Non autem simul potest [angelus] informari gratia imperfecta, quae est principium merendi, et gratia perfecta quae est principium fruendi. Unde non videtur esse possibile quod simul fruatur et suam fruitionem mereatur»; a. 5 ad 2 (V 115b): «Non autem potuit simul in eis [scil. in angelis] esse actus meritorius beatitudinis, et actus beatitudinis qui est fruitio, cum unus sit gratiae imperfectae et alius gratiae consummatae. Unde relinquitur quod oportet diversa instantia accipi, in quorum uno meruerit beatitudinem, et in alio fuerit beatus».

F 12-13 ALEXANDER HAL., S. theol. II n. 159 in corp. (II 209a): «Dicimus ergo quod in alio instanti inceperunt esse, et in alio se verterunt [in bonum vel in malum]; nec oportet inter illa duo [instantia] esse tempus medium vel durationem. Unde dicimus quod illa propositio 'inter quaelibet duo instantia' etc. [scil. 'cadit tempus medium'] intelligitur de instantibus quae sunt in tempore prout est mensura continuorum; et non tenet hic, – immo possunt esse duo instantia quasi contigua, sine intermedio»; THOMAS, S. theol. I q. 63 a. 6 ad 4 (V 133ab): «Dicendum quod 'inter quaelibet duo instantia esse tempus medium' habet veritatem in quantum tempus est continuum...; sed in angelis... tempus accipitur pro ipsa successione operationum intellectus, vel etiam affectus. Sic igitur instans primum, in angelis, intelligitur respondere operationi mentis angelicae» etc.; Sent. II d. 3 q. 2 a. 1 ad 5 (ed. Parmen. VI 421a): «Ideo aliter dicendum quod est assignare ultimum instans in quo angelus fuit bonus, et primum in quo fuit malus; nec inter haec instantia fuit tempus medium, quia tempus formaliter est numerus, nec sequitur ipsum continuitas nisi ex parte motus. Unde cum vicissitudo affectionum in angelo, per quas est bonus et malus, non sit

T ¹ scil. correspondentem. ² Cf. supra n. 33.

Sed huiusmodi tempus ponere non est necesse (ut alias dixi¹); 44 et ideo² potuit mensurari instanti temporis nostri vel ipso 'nunc' aevi.

Sed de prima mora dicunt quod non mensuratur instanti in- 45
5 divisibili, sed tempore, – et innituntur dicto Philosophi, quod 'nulla virtus creata potest agere in instanti, quia tunc virtus maior in minore³ posset operari'.

Alii dicunt oppositum, quod non potuerunt peccare nisi in 46
instanti (et non in tempore), quia si de iusto fiat iniustus, hoc necessario est in instanti, et non in tempore: quia omne quod movetur in tempore, vel secundum unam partem est in termino 'a quo' et secundum aliam partem in termino 'ad quem', vel se-

VF

1 Sed om. V 2 potuit] potest F ponunt V* | mensurari] add. et V 4 dicunt om. V²
5 innituntur] in corr. V¹ moventur F 6 virtus maior] m. v. F 7 posset operari om. F
9 iusto] isto V² 10-11 in¹... in¹ om. F 11 partem] add. eius F 11-12 a quo] aliquo V

continua..., numerus earum dicitur 'tempus'..., sed non erit continuum. Unde inter eius instantia non necessario accipietur tempus medium, sicut nec inter duas unitates numerus»; ANONYMUS, Correctorium «Quaestione» c. 23 (ed. MULLER 118): «Supponunt etiam aliud falsum, quod requiritur tempus in angelis ad merendum, cum actus voluntatis sit instantaneus... Quod autem obiciunt... frustra conantes ostendere non esse nisi unum tempus et illud esse continuum, derisione dignum est. Cum enim mensura et mensuratum oportet esse homogenea..., illud solum mensuratur mensura continua, quod est continuum. Operatio autem intellectus et affectus est simplex et indivisibilis, nullam continuitatem habens. Impossibile est igitur horum tempus continuum mensuram esse»; HENRICUS GAND., ut supra d. 2 ad n. 134-138.

F 4-7 PETRUS I. OLIVI, Summa II q. 38 ad 1 (BFS IV 678): «Saltem continuatio actus meritorii cum facultate oppositum agendi et volendi erat magis meritoria quam sola inchoatio eius; ergo saltem ad aliquam maiorem consummationem sui meriti ac per consequens et praemii debuit sibi [scil. angelo] dari non solum unum 'nunc', sed etiam aliquod tempus merendi. Praeterea, si vera est positio quod nihil possit durare aut exsistere per solum unum 'nunc' aut saltem non aliqua actio agentis creati, tunc actus angeli meritorius duravit plus quam per unum 'nunc', ac per consequens et suus status merendi; sed status gloriae non introducit nisi in ultimo termino meriti; ergo saltem ante statum gloriae suum meritum plus quam per unum 'nunc' perduravit et crevit»; GUIL. DE LA MARE, Correctorium fratris Thomae in S. theol. I a. 23 (apud Correctorium «Quare», ed. GLORIEUX 103): «Si proximum instans post instans creationis sit instans recipiendi beatitudinem, tunc non potuerunt [angeli] mereri beatitudinem, nec peccare et impedire receptionem debitae beatitudinis». 5 ARISTOT., Physic. VI t. 29 (Z c. 3, 234a 28-31): «Quoniam autem tardius in toto ipso 'nunc' movetur per [spatium] a g, velocius in minore quam hoc movebitur; quare dividetur ipsum 'nunc'. Sed erat indivisibile! Non ergo est moveri in ipso 'nunc'. – Cf. etiam ib. VIII t. 79 (© c. 10, 266a 24-266b 6), et AVERROES, in h. l. 8 Non invenimus.

T ¹ Cf. supra d. 2 n. 139-144. ² subintellige: secunda mora. ³ scil. in minore tempore quam sit instans.

cundum se totum partim est in termino 'a quo' et partim in termino 'ad quem' (pluribus¹ enim modis non potest esse successio in motu, ut patet ex VI *Physicorum*); sed primo modo non potest esse successio, quando de iusto fiat iniustus, quia anima non habet partem et partem; nec secundo modo, ut anima partim habeat de iustitia et partim de iniustitia, quia cum sint privative opposita, tunc essent in eodem.

47 Sed neutrum horum videtur mihi necesse: non primum², quia potuerunt stetisse in naturalibus et in gratia per tempus, et in ultimo instanti peccare. — Tunc ad Philosophum³ dicendum quod consequentia Philosophi tenet propter impossibile inclusum in antecedente, quia 'si motus esset in instanti, instans esset divisibile', et per consequens maior virtus operari posset in minore; sed non sequitur absolute quod nulla operatio sit in instanti, quia tunc si intellectus noster vel angelus inferior intelligeret in instanti, angelus superior intelligeret in minore quam in instanti⁴!

48 Quomodo etiam secunda ratio⁵ non habeat necessitatem, apparebit in III, quando quaeretur 'si beata Virgo concepta fuerit in peccato originali'⁶.

VF

1 partim¹] post est F partem V 1-2 et — quem om. V 2 enim om. V 3 motu] comp. V 4 fit F 5-6 partim ... partim] partem ... partem F 6 cum sint] tamen sicut F 8 neutrum] om. V' nullum V² 9 per tempus] parte prima (pr. in corr. V¹) V 9-10 ultimo instanti] ultima V 10 Tunc om. F 13 operari posset] p. o. F 14-15 in ... noster] scilicet ... meus V 17 habebit F 18 in¹] praem. in quadam quaestione F | quando] qua (!) F | quaeretur] q V⁺ | concepta — in²] peccavit V

F 2-3 ARISTOT., *Physic.* VI t. 87 (Z c. 10, 240b 20-30).

T ¹ scil. pluribus quam duobus praedictis. ² Cf. supra n. 45. ³ Cf. ibidem. ⁴ Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 2 n. 505-506 (VII 382-383). ⁵ Cf. supra n. 46. ⁶ Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 3 q. 1.